Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



169

Dixit & uenit coenomia ÷ & scynifes in omnibus finibus eorum 7

Cynomia significat muscam caninam · quae ceteris muscis mordacior est · et in portunitatis suae uolentior 7 Scinifes genus est culicum · fixis aculeis permolestum 7

Posuit pluuias eorũ grandinem · ignẽ comburentem in terra ipsorum 7

Posuit · idest decreuit · ut plũia quae ad fecunditatem terris datur · conuerteretur in grandinis noxiam uastitatem 7 Ignis uero · significat fulmina · quae solent excitatam tempestatem deseuire 7

Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum · & contriuit lignum finium eorũ 7

Quod dicit · percussit · nonnuntum ficulneas · aut uineas · putares percussas · addidit · omne lignum · ut et sicca non dubitares euersa 7

Dixit & uenit locusta · & bruchus cuius non erat numerus 7

Locusta est mater bruci · quem male fecunditate progenerat 7 quae ad illam praedum quasi conuocatus exercitus · cum sua prole descendit 7

Et comedit omne foenũ in terra eorum · ⁂ & comedit omnem fructum terre eorũ 7

Et ne crederes in antea deductum · audi omnem fructum consumptum 7

Et percussit omne primogenitum in terra eorum · primitias omnis laboris eorum 7

Venit ad septimam plagam 7 mouet etiam aliquos cur in isto psalmo septem tantum · cum in exodi narratione decẽ narrantur 7 Ideo quia septem beneficia dnm̃ hebreo populo prestitisse pmisit · totidem plagas egyptios accepisse monstrauit 7

Et eduxit eos cum argento & auro · & non erat in tribubus eorum infirmus 7

Aurum et argentum · ismahelitarum populum ab aegyptius descendentem exprae cepto di legimus accepisse · ubi etiam nullus exiussione eius · infirmitate corporis potuit affligi 7

Lętata est egyptus in profectione eorũ ·

Tunc qui in aegypto remanserant · omnino laetati sunt · quando illi dimersi sunt qui adinsequendos hebreos ire decreuerant 7 cur